36

Q. D. B. V.

TRIGAM DISCURSUUM IEDICORUM INAUGURALIUM,

ECRETO GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ

Auspice Summo Archiatro

PRÆSIDE

ECTATISSIMO INCLUTÆ FACULTATIS DECANO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO

ET EXPERIENTISSIMO

DOMINO

IDOLPHO JACOBO CAMERARIO,

hiloſoph. & Med. Doct. & Prof. Publ. Ord. Celeberrimo

o. Patrono Fautore & Præceptore

ad dies vitæ Venerando,

O GRADU DOCTORALI,

Publicæ Eruditorum Diſquiſitioni ſubmittit

AUTHOR

BENJAMIN GLOXIN,

Colmaria Alsatus.

Ad diem Martii, loc. hor. ſol. Anno MDCCXX.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30773829

VIRO
PER ILLUSTRI ATQUE
GENEROSISSIMO,
DOMINO
FRANCISCO
DE
DIETREMANN,
SUPREMI ALSATIÆ TRIBUNALIS
QUOD COLMARIÆ EST
ASSESSORI ET CONSILIARIO
REGIO,
SUPREMI ALSATIÆ PRÆFECTI
SUBDELEGATO,
REGIO COLMARIENSIUM *PRÆTORI,*
UNDIQUE SPLENDIDISSIMO.
GLOXIANÆ FAMILIÆ *PROTECTORI*
MOECENATI ET PATRONO
Hanc diſſertationem
D. D. D.
AUTHOR.

VIRO
AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO & EXPERIENTISSIMO
D. MATTHIÆ GLOXIN,
M. D.
&
ARCHIATRO BIRKENFELDICO,
UT ET
VIRO
PRÆNOBILI, CONSULTISSIMO & EXCELLENTISSIMO
D. GERVASIO BRUNCK,
JURE CONSULTO
SATRAPÆ in GUEBVILLER & PRÆFECTO
VALLIS St. AMARIN. &c.
NEC NON
VIRO
MAGNIFICO, CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO,
D. GEOR. SCHARLAPAUR,
JURE CONSULTO.
COLMARIENSIUM p. t. *PROTOCONSULI,*
SCHOLARCHÆ & CONSISTORII PRÆSIDI,
FRATRI atq; AFFINIBUS
CHARISSIMO, HONORANDIS & VENERANDIS,
Hanc diſſertationem
pariter D. D. D.
AUTHOR.

Q. D. B. V.

Diſcurſ. I.

DIverſa mecum, quibus hodie Medicina vexatur principia reputans, non Theoretica tantum, quippe quæ ut plurimum otioſæ mentis ſunt Commenta, ſed Practica præſertim, ſæpius (proh dolor) ad tale laſcivientis Ingenii & Imaginationis Ens, (potius non Ens) accomodata, nec cauſæ genuinæ morbi congrua, non poſſum non quin triſtem ſtudioſorum ſortem, ac miſerandum eorum ſtatum deplorem: Incerti enim ad cujuſnam Caſtra tranſeundum, dubii an hæc vel illa amplectenda, hærent & tempus inanibus hiſce ſpeculationibus inutiliter terunt. Et poſito unum vel alterum ex iſtis fore, qui ſuas hypotheſes ad Experientiam (anchoram Medicinæ genuinam) dirigere vellet, ita nempe ut ſe totum traderet fidelitati unius Practici, cujus in curando Methodus, uti videtur ſana, & per mille non mortes, ſed felices eventus con-

firmata eſt; tamen ex altera parte, Medicum videbit, æque Felicem Practicum, cujus tamen in tractandis morbis methodus plane videtur diſcrepare ab illa, quam ſolam ſibi credebat ſanam Et non *noſtra* ſolum, ſed & *vulgi* eſt querela: quo fiat ut diverſis imbuti Principiis Practicis Medici, unus æque ac alter, feliciter morbum profligat, viis tamen ita viſis ſibi oppoſitis? Cur à diverſa methodo unus & idem effectus in morbis quantum judicare valemus ejuſdem indolis & in iisdem Corporibus? Et quod hoc autopſia confirmet, quod conſtans Experientia toto die pro hoc aſſerto militet, quis inficias ibit? qui relictis ac ſepoſitis aliis morbis, ad iſtas ſolum nuperis annis epidemice graſſatas *Febres Intermittentes* attendat, vel cui fortuna adeo favit, ut ſpectatorem tantum, vel qui intra ipſa lecti mœnia detentus Epidemii hujus Tyranni ſclavum egerit. Uti enim aliàs, ita & tunc Varii, vario modo, *febrium* tractationem aggrediebantur, vel cum, vel ſine Cortice: quid ante omnia occaſione hujus dicemus de *illis* qui planè eum rejiciunt, & tanquam febrium corrumpens proclamant? An tale (quaſi verò) Encomium mereatur Cortex, judex ſit quilibet nullis incarceratus præjudiciis, judex ſit & rerum magiſtra, conſtans experientia. Pravæ enim quæ ipſi imputantur qualitates, licet magnis & multis decantatæ injuriis, nondum tamen nec probatæ nec demonſtratæ fuerunt. Recidivæ enim jam *Hippocratis* tempore *Febre* afflictos excruciabant; ex contumacibus & diuturnis *Febribus* iſto jam ævo chronici morbi; nec effectus, nec ratio, nec ejus qualitates manifeſtæ talem adſtringendi vim declarant, de qua toties conqueſti ſunt Corticis *Detrectatores*, nec ab aliorum adſtringentium uſu *Febris* adeò certè adeoque ſecurè profligatur: Nullum certè habemus ſpecificum adeò probatum & tutum ac eſt cortex: nullum illo præſtantius, nam quoad *Kergeri* præcipitans & *Becheri* febrifugum

gum, quorum arcana tegit una cum authoribus terra, de his tanquam de occultis non judico: Sunt & *alii* adhuc, qui ſua *Febrifuga* jactitant & multis extollunt verbis, ſed hactenus nullum ſibi par habuit cortex, nec ad ægrorum ſolatium, neſcio an ad Medici gloriam & commodum, (Vulgus enim ait, **es ſeye keine Kunſt mit Fieber-Pulver die Fieber zu curiren**/) ſed eò ipſo ſæpe fallit, quia methodi non gnarum, non obſervans: Nec ignoro artificium *illorum* qui per arſenicum *febribus* obviam ivere, quod ipſum non in Gallia ſolum ſed & Germania, à diverſis hominum generibus & temerariis maxime militum Medicaſtris factum eſſe audio, cum autem iſtud nec *Medico* nec *morbo* tali puto dignum, fuſius de illo non diſſeram, legat qui velit plura in *Celeb. Stahlii Menſ. Novembr.* *Illi* autem qui in Corticem injurii ſunt & ab ejus uſu abhorrent, curationem ſuſceperunt, vel per amara, ſalina, abſorbentia, &c. adeoque per alterantia, acidum infringendo, tubulos deobſtruendo, & viſcera ac ſanguinem corrigendo & confortando: vel per evacuantia, uti ſunt vomitoria, Cathartica, diaphoretica, V. S. &c. cauſam in primis viis ſtabulantem eliminando, ſuccutiendo tubulos, ſtagnantes humores ad motum diſponendo, materiam malignam a corde propellendo ad cutem, ac denique M. S. in motu ſuo ac copia derivando & imminuendo. Alii curantes per expectationem & aphoriſmo *Hippocrat.* fidentes, ſeptem circuitus tanquam Spectatores expectant & ægro ſolum quoad ſex res non naturales conſulunt, ſponteque evaneſcente morbo, poſt tres aut quatuor ſeptimanas purgant. Sunt etiam alii, qui peracta Phlebotomia & Emeſi per levem equitationem abſolvere curationem; cujus equitationis occaſione plures *febres* ab animi pathematibus, Appetitu ſatiato, &c. terga dediſſe allegandæ eſſent. Quod porrò concernit Corticis Patronos, quos in Anglia, Germania, &

Gallia habet, hi iterum in ipſius uſu & exhibitione differunt. Alii non niſi evacuatis primis viis ac iisdem diſpoſitis eum propinant. Sunt etiam qui indifferenter eum uſurpant; *alii* iterum absque comite eum exhibent (niſi connivendo ægroto quoad formam & ſubſtantiam medicamenti); *Sunt qui* & inſtar Theriacæ omnia ipſi aſſociant, amara, opiata, ſalia, imo & conjungunt adhuc *alii* hiſce purgantia *ex jalapp.* &c. Perpenſis probe hiſce methodis diverſis, & ſubſequente utplurimum uno effectu eademque curatione, ſi certè abſque præjudicio ullius incumberet mentem declarare, rediret ad verba Laconica eò tamen more ſuo ponderoſiora *Leibnizi in Libr. Eſſais ſur la bontè de Dieu & la liberté de l' homme*: quæ valde cum trito illo Italico coincidunt. *e meglio ſtar ſolo che mal accompagnato.* Si quis autem a me extorquere vellet, quis illorum Medicorum male curaverit? quænam methodus eſſet optima? nimium ille a me peteret, cum non tantæ ſim arrogantiæ, ut hos reprobare, illos laudare mihi datum eſſe crediderim. Si quid autem *Dn. Opp.* dandum eſt, ſeorſim mentem declarabo: Dico autem ſemper habito reſpectu ad contra indicantia majora, in omnibus *febribus Intermittent.* à Cauſa manifeſta e. gr. à vitiis diætæ, vomitoria prodeſſe, præſertim ubi *aph. Hipp.* locum habet, in corpore Plethorico Cholerico, à cauſa calida, V. S. utique ſuadenda, ut ejus inflammatio & viſcerum Phlegmones & raptus & congeſtio ad caput præcaveatur. *Obiter nota*: ſi ambo hæc remedia ſuadentur, V. S. Emeſin debet præcedere: Catharctica a multis rejiciuntur Practicis, & non niſi morbo hippocratice victo valent: Hoc tamen iterum not. quoad V. S. & Catharctica multum eſſe conſuetudini concedendum. Alterantia præſertim amara, omni jure ad rem faciunt, quin & ſalia, non tamen volatilia, ex qua limitatione jam patet, quid de ſudoriferis mihi videatur, quæ imaginatam forſan malignita-

tem

rem, quorundam medicorum velum, expellere haud poterunt. Multa adhuc poſſent dici, ſed contentus ſi de Cortice hæc ſaltem moneam. 1.) Illum non indigere ſocio nec ratione ſuæ qualitatis, nec ratione ſymptomatum, ſive illum non fieri efficatiorem, acceſſu aliorum & hæc poſſe non tam miſceri quam & interponi; præmiſſis præmittendis,& recta methodo obſervata. 3.) Non quidem ſemper ab initio propinandum eſſe, nec tamen expectandum donec paroxyſmi nimis inſoleſcant. 4.) in omnibus perſonis (non ſolum robuſtis) adhiberi poſſe; 5.) Recidivas ab eo non facile timendas eſſe modo ritè uſurpetur & ejus uſus continuetur etiam poſt ceſſationem *febris*; habito præſertim reſpectu ad regulas diæteticas & ut evitentur occaſiones relapſuum. In illa autem *febre tertiana* ab Epidemia Cauſa, quæ nullis manifeſtis ſignis Cauſarum invadit, niſi aerem culpare velimus, in hac dico nil movendum eſſe nec unicuique Epidemiæ eandem methodum aſſignandam niſi antea probe quis attenderit ad Juvantia & Lædentia, quæ in tali caſu fulcra ſunt genuina ad determinanda quæ hactenus laudavi. Aſt hic iterum redit quæſtio jam ſuperius mota. Vidimus enim & in tali Epidemia, diverſas Methodos, unum actas fuiſſe Effectum: ut enim plura referre ſuperſedeam, unum tantum ad rem faciens in medium proferam Exemplum. Ipſe vidi duos eadem *Febre Epidemica*, iisdem fere ſtipata unaquæque ſymptomatibus, ejuſdemque genii Laborantes, & temperamento & moribus & corporis externo habitu admodum ſimiles, ambo cholerico Plethoricos. *Alter* media æſtate correptus, juſſu Medici lecto affixus, undiquaque ſtragulis coopertus in hypocauſto ad deliquium uſque calido, detinebatur, non contentus ſudoribus copioſius profluentibus, Medicus potionem præſcripſit, ex alexipharmacis, diaphoreticis calidioribus quam ſuperbiberet doſi auctæ diaſcordii bis vel ter de die devorandi

randi. Omnia ab hiſce initiò videbantur in peius ruere, exaltatur *Febris*, caput in conſenſum trahitur, pulſus major &c. Aſt non mutata methodo per 6. dies ſenſim ſenſimque *æger* a ſymptomatibus ſeſe liberatum percipit & intra 3. Septimanas perfecte reſtitutus. *Alter* nil ex Pharmacia petens, nil movens, 5. Paroxyſmos maſcule expertus, temperatâ diætâ obſervata, & ſolum quoad calidius tantum mutata, ſtatim in *tertianam duplicem* typus ſeſe mutavit, haud fidens huic exaltationi corticem deglutit poſt 6tum paroxyſmum, & ſeptimus morbo finem impoſuit. Nec recidivam paſſus eſt, ſed per X. dies (qui tamen non ſufficerent) in ejus uſu bis de die continuavit. Quomodo itaque conciliandæ ſunt diverſæ hæ methodi? an valeat hic, unius poſitio non eſt alterius excluſio, vel text. 8. Hipp. in Epid. lib. VI. Sect. 7. vel an ſit fortuitum, poſſet problematis loco poni. Perbelle hic pro coronide citanda venit ex quodam libr. Galli. Conſultatio de curanda *Febre Continua*, ex 8. Medicis diverſarum ſectarum conſtans, *Hippocrate* Præſide, in qua poſtquam unusquisque horum, ſuam rationibus ſuffultam methodum ex planaverat, Præſes refutatis omnibus, viſo ægro, inſpecta urina, pronuntiat ita: *Le malade eſt aux 4. Jour de ſa maladie, il y a quelques ſignes de concoctions, il ſuera le ſeptieme & ſe trouvera gueris.* 5to die omnia ſymptomata aucta & febre magis accenſa, capite obſeſſo æger delirat &c. Actum eſſe de eo omnes, Præſide excepto, pronunciant, *Galenicus* V. S. Baglivi Veſicatorium, aſſecla *Williſii* Cardiaca temperata, ſectator *Sylvii* volatilia, & ſic porro, ſuadet. Omnes ægrum derelinquunt, ſolus *Hippocrates* fixo pede, conſtanti fortitudine, *ægri* animum erigens, & a prognoſi antea data non diſcedens, ſeptima die dictum factum *æger* convaluit.

Diſc. II.

Diſcurſ. II.

Quemadmodum ea, quæ mox dicta fuere utplurimum ex bſervatione collecta & deſumpta ſunt, ita & quæ huic diſquitioni anſam præbuerunt, ſunt Enormia quæ mihi intueri licuit *apitis Vulnera.* Neminem latet animæ noſtræ Palatii prærogativa præ aliis partibus, cuilibet ſolum anatomice id contemlanti, de admiranda ejus ſtructura & inde deducenda functioe conſtabit: Hinc nullus fere eſt *Authorum Chirurgicorum*, qui on *Hippocratem* ſecutus & autopſia convictus, *Vulnera Capitis* tiam leviſſima, magni tamen momenti & triſtis ſæpius evenis pronunciaverit: Sit primò nobis pro Exemplo Læſio, iſtius embranæ quæ undique oſſa ambit, non involucri ſolius ſed nguinis propulſionis & ſenſationis potiſſimum gratia, quæque eningis productum eſt. Hæc quo propius ab origine ſua læitur, eo majores turbas in corpore excitabit: *pericranium* læm, magnas criſpationes, fibrarumque niſus & tenſiones proucit, unde liquidorum vehementior propulſio, inflammatio, bris, deliria, mors. Nec mera ſpeculatione hæc pono: Ipſe nim in Regio Argentoratenſium Noſocomio Gallico, *Ludovi XIV. fundatore ſuo utique digno*, vidi militem 14. die à *vulere*, enſe utrinque acuto nec niſi ad os bregmatis ſiniſtrum inicto, mortuum: æger per 8. dies ſat benè ſeſe habuit, nec vera fatear propter hoc ſed ob aliud in brachio inflictum *lnus*, feliciter tamen intra 12. dies ſanatum, in noſocomio gebat. Senſim vero ac ſenſim de dolore vehementiori coneritur in parte *capitis* læſa, febris qua leviter antea vexabatur, getur, delirat, & 20. die nullis conferentibus remediis cona omnium expectationem vel metum ad ſuperos migravit. nnon æque extravaſati intus ſanguinis & rupti in interiori-

B

bus

bus Vaſculi poſſet ſuſpicio formari? à læſo *pericranio* pergo ad *vulnera* quæ totum *caput* affligunt, & cum *fracturis* complicata ſunt. Inter plures alios, quos obſervaram ejuſmodi ægros unius ſaltem mentionem faciam: *Hic* etiam miles in dextro bregmate horrendam paſſus eſt *fracturam complicatam*, à ligneo globo, vi capiti adacto; aderat vomitus, oculorum bulbi & palpebrarum inflammatio, lateris oppoſiti reſolutio, febris, ſubſultus ac pavores, & deliria, omnia læſam declarantia *meningem*; cuncta, quæ pro more *Gallorum*, in ejusmodi caſibus per quam dextre in medium proferri poſſunt ac debent, omnia quæ felicem curationem promittere & ſpem procurare potuerunt, applicata & in promptu fuerunt: Aſt ſine ſucceſſu, brevi enim fatis occubuit. Nec tædioſus ero in recenſendis pluribus caſibus, cum hinc inde talium proſtent exempla: quod ſi autem analogicè concludendum ſit, ab hiſce *vulneribus*, ad ea, quæ ipſam *duram* prorſus *meningem* perforant, imo cum *cerebri* deperditione fiunt, videremur habere rationes inevitabilis ferè & certioris mortis: Nec abſque cauſa, nec tamen ſine exceptione. Ut enim intra terminos qualiſcunque propriæ maneam obſervationis, bona fide paucula, attentione tamen eo digniora, dicam. Annus eſt & quod excurrit, iter, cum *Exc. Dno. Doctore & Profeſſ. Du Vernoy hoſpite meo & Præceptore æternum venerando*, faciens, cum in pago *Eitinga* prope *Horbam* pranderemus, forte fortuna *parochus* audiens *medicum* adeſſe nos viſitat & ad *puellam* 7. v. 8. annorum deducit; *Hæc* delapſa à contignatione horrei in pavimentum, uti ſolet eſſe ex luto conflatum, adeo horrendam paſſa eſt bregmatis ſiniſtri prope tempora *fracturam*, ut non ſolum, primæ *cranii* tabulæ fruſtulum planè abſceſſerit, (quod mecum reportavi) ſed etiam *cranium* prorſus fractum, in plurib. locis fiſſum, *Meningem* perforatam, forſan diſruptam, & *cerebri* ſubſtantiam non læ-

ſan

am tantum, ſed & portionem ejus deperditam, certo concludere potuerimus. 24. erat a lapſu dies, quo miſeram videranus *puellam*; mente ſibi conſtabat optimè, *vulnus* jam ad conſolidationem vergebat, febricula leni laborabat, paucis ſubſultibus vexabatur, & quoad reliqua ſat benè ſeſe habebat. Nullo uſa remedio, nulla *manu chirurgica* adhibita, ſine ullius ideoque, niſi *naturæ* beneficio, quantum ex relatione in loco ipſo, ante quosdam menſes mihi facta conſtat, adhuc ſuperſtes. Hunc non diu poſt triſtis alius, læto tamen eventu, ejusdem fere narrationis excepit *Caſus* hic *Tubingæ*; tegula enim ab alto domus ruens, fortuito delabitur in *puerum*, cujus nempe tegulæ cuſpis *integumenta capitis* dilacerat, *cranium* findit, *meningem* perforat, & *cerebri* ſat multi data porta exiit. De quo caſu ex profeſſo diſputavit pro loco *Exc. Dn. Prof. Daniel. Hoffmannus*. Plura allegare ſuperſedeo, ſi quis enim velit tantum *capitis vulnerum* exempla eorumque hiſtorias legere, tanquam in faſciculo, quæ ferè haberi poſſunt inveniet in pereruditè more ſuo conſcripta & nuper edita *diſſertatione de mira cranii fractura in homine per 40. annos adhuc ſuperſtite, Viri Excell. atq; Experientiſſimi Dni. Doctoris & Profeſſoris Salzmanni Argentoratenſium anatomici dexterrimi, hoſpitis quondam & præceptoris mei nunquam non colendiſſimi.* Licebit potius occaſione horum *vulnerum* aliquid *Dnis. Opponentib.* ſuppeditare: Etenim ſi quid ego judico, ab *illorum* partibus ſtandum eſſe puto, qui ejuſmodi *vulnera* cum *cerebri* deperditione & *meningis* perforatione facta, periculoſa & lethalia pronunciant. Non quidem propter *cerebri* portiunculam deperditam, quippe quod an animæ & ſenſuum ſedes ſit, maxima adhuc quæſtio formari poteſt, & cujus portione licet ablata tamen in ſalvo vivere poſſimus, regia enim ſedes foret intimior; ſed ob *meningis* læ-

 ſio-

ſionem inſignem qua naturalis ejus actio aut turbatur aut abo-letur. Ut verò eo clarius pateat, quantum *membranæ* hujus actio & ſtatus naturalis ad vitam faciat, breviter in ipſius ſtructuram inquirendum erit; Quis enim *cordis cerebri* functionem ipſi de-negabit? Qui tres *fibrarum* motricium ordinum ſeries adeo mirifice ſeſe decuſſantes intuetur, qui *filamenta cranio* hinc in-de fortiter, ſicuti muſculus oſſi, cor mediaſtino &c. adhæren-tia, tanquam totidem *puncta* fixa perpendit, qui *ſyſtolen & dia-ſtolen* perfectam ſibi propriam & innatam attendit, qui *ſinus* quos efformat & eorum mirandam ſtructuram contemplatur, qui ad promotionem *Fluidi* ſanguinei & nervei animum indu-cit, qui ejus *diviſionem*, quâ *cerebrum* in duo hæmiſphæria & *cerebellum* ſejungit, quâque æquilibrium per totum & in to-to corpore ſervari valde credibile eſt, obſervat. Quis *ſenſuum* ſedem adeoque & *animæ palatium* alibi locabit, qui ad ejus *mem-branaceam* miram ſtructuram & ſummè ſenſiles fibras reflectit, qui omnium *nervorum* originem ab ea deducit, qui *experimen-ta* jam inſtituta & quotidie obſervanda norit, qui denique con-ſenſum quem omnes partes *membranoſæ* cum illa & *hæc* viciſſim cum iſtis in toto corpore habet probè notat, & æquo anim judicat de pluribus adhuc aliis, quæ *Baglivi & Pacchioni* haben clarè ex hiſce poterit deducere vim huic *membranæ* & uſu nobiliorem cæteris imò nobiliſſimam atque fortiſſimam ineſſe. At at hæc *Italorum* de *meninge* ſententia licet per ingenioſa & ſumma laude digna ſuas tamen paſſa eſt inſtantias à *Ridley* & *aliis* fuſè & doctè prolatas: quicquid autem ſit, cum jam me-morato *dexterrimo anatomico Dno. Jo. Salzm. l. c.* ſtatuo, ipſi mo-tum proprium omnino non poſſe denegari; cujus rationes e ſuperioribus quæri & deſumi poſſunt, adeoque ad motum & ſenſum in toto corpore intimè & neceſſario concurrere, nec ſim-plicis involucri loco ſeſe habere, concludo. His poſitis, qua

tu

tum in ſtatu morboſo totum corpus in conſenſum trahat, quas turbas excitet, facile erit conjicere: ſolutâ enim ejus continuitate, fibræ antea ſemper ad oſcillandum continuò aptæ ſeſe criſpantes majori vi vehementiori niſu & impetu verſus partem affectam ſeſe contrahunt, omnia hinc ejus producta afficiuntur, unde ſublatum æquilibrium, ſenſuum abolitio, paralyſes, reſolutio oppoſiti lateris, oculorum bulbi inflammatio, convulſiones, febris, deliria & mors. Hinc etiam propter indeſinentem ejus actionem ſatis manifeſto patet per difficilem fieri ejus conſolidationem & hâc continuâ irritatione, imperium quod ſuper ſolida & fluida habere creditur, majori vi & niſu exercet. Nec eſt quod quis alleget exempla à me ipſo antea propoſita, fiunt enim interdum in medicina miracula, & natura ſanat vulnera, quam tamen nulla ars imitari poteſt, ut cum *Celſo* & *Bohnio* loquar; cujus effati veritas eo clarius eluceſcet, ſi quis antea recenſitos *caſus* probè perpenderit; vulneratæ enim *puellæ* nullum præſidium & ſoli naturæ commiſſa fuit; nullum trepanum nec in *puero* nec in *puella* applicatum eſt, cum tamen ejuſmodi *cranii* fiſſurarum, depreſſionum, *Sanguinis* extravaſati ſigna, juxta probatam *chirurgicorum ſcriptorum* fidem, *trepani* operationem requirant aliàs. Sed ſi & hic ratio hujus felicis curationis reddi poteſt, omne redibit ad teneram ætatem & infantiam, in qua ambo conſtituti erant *ægri*; In illa enim omnia ſunt molliora, laxiora, circulus ſanguinis placidus, &c. unde facilior conſolidatio, & ſymptomatum minus periculum, adeoque felicior curatio: adde locum affectum in anteriore potius *capitis* parte quam in poſticâ; & ſi ultra forte hæc res foret declaranda, analogice à tendinum & nervorum læſione concludendo ad *meningis* vulnera, dici poteſt, uti in illis ſi non planè abſciſſi ſunt, vehementiora oriuntur ſymptomata, & ad curam planè truncandi ſint, ita & in *me-*

ninge fieri, quæ ſi plane perforata amplius ſit, non adeo gravia oriri ſymptomata, ac ſi ſolùm ad eam graviorem & periculoſam magis tenſionem irritetur. Cur tandem hic ubi ſcribo in *ſuevia, vulnera capitis* non adeo ſint funeſta & curatu faciliora ac in aliis *locis* meritò quæritur? an clima ſit ſalubrius? an Chirurgi dexteriores? an incolæ temperatiores? poſſet & hic pro coronide problema fieri.

Diſcurſ. III.

Sed cùm ſatis datum eſſe videatur horum conſiderationi, ultimo ex *botanicis* ſit *Baſilicum*, quo mens recreetur. *Suavitas* odoris quem ſpirat delicati facit, ut non ſolùm ad *phyſicam* ejus indagationem animum dirigam, ſed an ejus *uſus in medicina* etiam ſit tutus & ſalubris quæram. Inſigne quo donatum eſt nomen jam quid promittit, dicitur enim *baſilicon*, quia regibus dignum, *Ocimum*, quia ſuaveolens. Antequam autem ad uſum ejus medicum pergam, Curioſitas veniam rogat, præmittendi quædam hujus *ocimi* naturam & familiam concernentia. Eſt enim ex ea herbarum claſſe, quæ docere poteſt, illam eſſe meliorem methodum, in qua modus fructificandi convenit & reſpondet modo creſcendi. Sunt enim *Verticillatarum* generi adeo communia folia ex adverſo bina, caulis quadrangulus, ſitus florum Verticillatus vel huic tamen ſimilis, ut nullo modo poſſint ſejungi. Character porrò *Raji, Rivini, Tourneforti*, tam in floris monopetali difformis galea ſeu labio ſuperiori erecto, quadrifido, quam inferiori ſimplici, ſatis clarus eſt & conſtans. Nec fallit quaternarius *ſeminum* numerus, licet granum unum per accidens interdum compareat inchoatum, aſt perfici nequeat ob cauſas externas. Latet tamen hujus

us numeri ratio, quis eam docebit? *Semini Ocimi*, uti & ſociis
or eſt in imo, quod rectè *Cæſalpinus* obſervavit, nec rectè negli-
gitur, ſed merito attendendum: Medium certè vel propagatio-
nis vel conſervationis ſpeciei & multiplicationis individuorum
n hac herba non obſervatur aliud niſi *ſemen*, in hoc namque
eu cortice ſ. vaſculo latet plantula, bifolia, ſine pulpa, diu
xpectans, donec ſolo & ſole favente poſſit ſeſe explicare. Hu-
us quoque *ſeminis* nempe gratia omnis eſt apparatus floridus,
etala ſunt propter apices, nec tantum cuſtodiæ ſed virtutis
otiſſimum gratia; Nam in & ab ipſis principium fœcundans,
enitura maſculina: media tuba ſ. ſtylus ſ. piſtillum ducit ad
varium in imo ſitum, 4. ovis fœcundandis inſigne; adeoque
oſtro *ocimo androgyno* erit *ſexus* uterque diſcretus & conjun-
tus, non metaphoricè ſed phyſicè. Plura qui deſiderat talia
urioſa & utilia de *ſexu plantarum* notanda evolvat epiſtolam
nore ſueto i. e. perdocte conſcriptam, *Excell. mei Dni. Præſidis
atron. & Præcept. Honoratiſs. ad Excell. & Celeb. Dominum Va-
ntini de ſexu plantarum.* Hiſce quæ jam ſatis ad nobilitatem
cimi faciunt, etiam addi poſſet, quod paſſim legatur tanquam
xoticum, & prædicatum ipſi tribuatur rariorum ægyptiacarum &
ndicarum ſpecierum; nec majore ab aliis laude opus habet
aſilicon, cùm *ſuavitate halitus* in principio ſalino ſulphureo
olatili fundandi per ſe jam jam iſtud commendet. *Aliud* au-
m ab odore dicitur *Citratum*, aliud *caryophyllatum*, &c. quid ſi
uo magis *muſchatellinum* eo melius diceremus ocimum? Cu-
oſum etiam id eſt, quod extat apud *Joach. Camerar. in hort.
Med. baſilicon* nempe ſub æſtu ſolis affuſa aqua plus proficere,
um tamen pleræque plantæ noctu utilius irrigentur. Quod
unc ejus uſum concernit, ſtatim iſtud valere poteſt: Noſcitur
x ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe; quo verſiculo in botanicis uti
ſolet

ſolet *Excell. Dn. Præſes meus, Præcept. Honoratiſs.* Laudata enim eſt *Verticillatarum* familia, magno numero herbarum uſu medico celebrium; nec ſpe forſan fruſtramur, ſi ab ejus qualitatibus manifeſtis nobis quid promittimus: annon à *ſuavitate odoris* ad vim analepticam licebit mihi concludere? nam quod ſapit, nutrit; quod ita bene olet, reficit. Nec deſunt authoritates *Practicorum* pro ſtabiliendo ejus uſu medico: *Rajus* verba *Schrœderi* repetens, ejus in & externum uſum approbat; *Hiſpani* tanquam inſigne cardiacum uſurpant *ocimum* rubrum medium: *Frid. Hofm.* pariter *ocimum in diſſert. de antiſpaſm.* laudat, & *Excell. Dn. Doct. Zwingerus in theatr. Botanico* ipſi vim analepticam tribuit; *ſeminis* mucilaginem tanquam probatum remedium in prunella, fiſſuris labiorum & mammarum venditat; ſuffitus ex foliis, fœtum mortuum pellere, folia pulveriſata verrucas extirpare; vina ex eo medicata in tuſſi, ventriculi debilitate, menſium ſuppreſſione, plurimum valere ait; His ſubſcribit *Excell. Dominus E. König in regn. veget.* & addit Iſchiaticis maxime conducere. *Semen* ocimi uti illud Hormini ſub palpebras inditum & multa revolutione circa bulbum circumductum, humore prægnans & ſordibus onuſtum iterum elabitur, ſicque etiam ad corpuſcula, quæ in illos inciderunt educenda, utile erit, *teſte Rajo. Celeb. Lemery* in libro *traitté des aliments*, ejus uſum in condimentis proficuum ait, confirmat hoc *Jo. Bauhinus*, & videtur ſiccata herba non aliter atque roſmarinus, pulegium, &c. in cibis uſurpari poſſe. Viridis alligata capiti ejus dolores ſedat, & quid obſtat quin ad modum *Helvetii* confectionem ſyrupi cordialis cum vino & ocimo ſuadeamus; & juxta deſcriptionem *Roth. in Chym.* ejus eſſentiam, ſpiritum & oleum egregii eſſe uſus dicamus: Nota tamen in genere, *baſilici* præparata Chym. cautè in bilioſis uſurpanda eſſe. Rationum

con-

contra *ocimum*, quibus voluit reddi ſuſpectum, *prima* fortè fuit, quia prætendunt multi, manducatum & in ſole poſitum vermiculos creare, imò quod majorem horrorem imprimere poſſet, addunt nonnulli, tritum ſi lapide operiatur *Scorpionem* gignere; cujus rei periculum factum fuiſſe legitur apud *Frid. Hofm. Hæſ. Kirch. Michael.* & *Helmont. Joach. Camerar. in hort. Med.* ſe vidiſſe ait ſub iſtis fictilibus in quibus *baſilicon* colitur libenter *ſcorpiones* ſtabulari, cujus occaſione, idem *laud. author l. c.* lepidam refert hiſtoriam de *Legato Genuenſi* ad Ducem Mediolanenſem, qui cum illum non vellet audire nec pacta cum Republ. conventis ſtare, obtulit *Duci* manipulum *baſilici*, *qui*, quid ſibi hoc vellet? quærens, reſpondet ille; *Huic plantæ* ineſſe proprietatem ut leniter contrectata, ſuavem ſpiret *odorem*, duriter autem compreſſa, *Scorpiones* producat. Hoc ingenioſo reſponſo *Dux* delectatus honorificè *legatum* dimiſit. Quicquid autem ſit de *allegat: authorum* fide, hactenus per multa luſtra ex profeſſo tentatum fuit hoc experimentum ab *Excell. Dno. Præſide meo Botanico famigeratiſſimo*, ſed una cum *Celeb. Wedelio* vanum deprehenſum fuit; *Altera* ratio forſan ex confuſione & comparatione cum *ſclarea hormino*, ortum duxit, quæ Cereviſiæ & Vino immerſa *Muſchatellinum* mentiri etiam dicitur; ſed nec eſt *odoris* tanta gratia, & hujus potus cedit in *mentis turbationem*, quod tamen à *baſilico* non obſervatur. *Tertia* ratio poſſet deſumi ex raro in officinis uſu: at at an hoc obſtet, quo minus in poſterum vocetur in uſum, & quo jure aut injuria hoc factum vel potius omiſſum fuerit, merito dubitari & quæri poteſt. Ultimo, quod ſi etiam *baſilici* uſus tutus eſſet, *dices* tamen, in vino eſſe interdictum. Sed diſtinguo, inter τὸ *vendere* tale Vinum pro *Muſchatellino*, ex uvis apianis obtento, & τὸ *medicare* vina, ut cum aliis, e. g. roſmarino cort. citr. bac^c^. junip. &c. *Inſtares* porrò, *ſuavitatem*

tem quidem vino conciliari ſed non *generoſitatem.* Conſtat autem ad *Nicrum* ſuperum muſto viliori *ſpir. vin.* addi; *Hic* ſi ſuſpectus *cui* videretur, annon materialiter ſpirituoſum ſuccedaneum ſuppetat, bonæ conditionis, cum *ocimo* muſto confermentandum, tutum, pro hoc ſcopo, cum *Excell. Dno. Præſide, Patron. & Præcept. æternum colendo, Dnnis. Opponentibus, vel tale quid deſiderantibus*, divinandum relinquo.

In curiâ Typographi omiſſa fuerunt ſequentia ad pag. 7. lin. 6. 2) illum tutò adhiberi, in omnibus febribus Intermittentibus, imò & aliis affectibus febrem occultantibus, præmiſſis &c.

TANTUM.

I Bone, quò Tua Te Virtus vocat, I pede fauſto,
Utere Fortuna Fratris, Avi atque Patris!

Ex voto

PRÆSIDIS.

PErge alacris! (Laurum *Tibi* nectit Hygeia perennem)
Inſignemque Tuæ redde Patrem Patriæ!

Nobiliſſi. Dn. Licentiato Gloxin gratul.

Elias Camerarius, Med. Prof. Ord.

Conſil. & Archiater Wirtemb.

NOn temere incuſas *Medica* diſcrimina *Sortis*
Spes dubia eſt, (Res nota Satis) nec certa medela

Quæ

Quæ *ſine Natura* Stultâ ratione paratur
Certior eſt ratio(TIBI *nunc ſectanda* commendanda) medendi,
Juncta ſimul Fratris Patria Experientia longa.

Hiſce valedicendo
Vitam longam, Artem brevem apprecatur,
Nominis Gloxiniani, Sincerus Cultor.
J. G. Duvernoy, D. & P

DA Du von **Wunden** ſchreibſt / die unſern **Kopff** angehen/
Fällt mir gleich eines bey / daß ich Dich fragen muß:
Ob Die/ſo Amor ſchlägt/auch unter Jhnen ſtehen?
Und ob das Hertz nicht mehr verwundt ein zarter Kuß?

Dieſes wollte zu debattiren Herrn Licentiaten
ſeinem wertheſten Freund hinterlaſſen:
EIn Bekandter Freund.

D*Igne Nourriſon d' Hippocrate*, *Honneur de Votre faculté*,
Qui *Vous* étes acquis des *louanges* eternelles:
En recherchant du *petit monde* toutes les *Belles Raretés*,
Vous courronnés Vos *peines* d'une *gloire* immortelle:
Deux bons Amis aſſurent *Msr. le Licentié* de leur ſincerité.
d. G. & d. R.

WAs Chiron, Æſculap, und Coum hat erhoben/
Als man ſie in die Zahl der Götter eingebracht:

Das zeigſt Du heut Mein Freund! zugleich in deinen Proben/
Iſts Wunder? wann Dein Ruhm Dich auch unſterblich macht.

Mit dieſen Zeilen gratulirt dem Hn. Licent. und bitt ſeine Affection beſtändig aus

Ein Bekandter Freund.

DA Ihn/ mein Freund/ nunmehr verdienter Loorbeer ziert/
Und Hygiene Ihn/ auf die Catheder führt/
Will meine Pflicht Ihm zwar nicht gern was ſchuldig bleiben/
Doch darff ich dieſesmahl kurtz/ was ich dencke ſchreiben/
So ſchließt mein treuer Wunſch/ es dieſen Worten ein:
Die Praxis müſſe ſtets bey Ihm beglücket ſeyn/
Doch ſo/daß man ſie bald gedoppelt glücklich nennet/
Wenn nemlich ſein Gemüth von keuſcher Liebe brennet:

Mit dieſen wenigen wollte Herr Reſpondenten ſeine Ergebenheit conteſtiten ein

Ihm beKandter Freund.

JCh ſchreibe was ich kan/ ſo iſts doch nicht ſo viel/
Als Deine Tugenden mir Werther Freund befehlen/
Warum? was iſt die Schuld? was fehlt? Ein ſcharffer Kiel/
Der/ was Dein Weſen ſey/ dem Leſer könnt erzehlen/
Jedoch ſoll meine Pflicht/ nicht alles ſchuldig bleiben/
So wünſch ich/ was ein Freund dem andern wünſchen kan/
Und daß ichs wohl gemeint/ will ich mich Dir verſchreiben/
An Pfandſtatt nimm mein Hertz/diß Blatt/ ſtatt Handſchrifft an.

Dieſes ſetzte zur Verſicherung ſeiner beſtändigen Freundſchafft des Herrn Licent. treuſter

H. C. S. d. Schüz, On. Franc.

NUnc dedit e lauro Tibi docta Tubinga coronam,
Mox dabit ardenti myrthea ſerta Venus.

Fautoris & amici honoribus applaudit

H. C. L.

Hûreux qui comme Vous, ſait d'un eſprit ſolide,
Tracer bien mûrement les lecons d'Hippocrate;
Et ſuit habilement les traces de ſon guide,
Dans ce Sublime eſcrit, poli ſubtil & docte.

Agrées Mſr. & trés honoré Ami, que par ces deux rimes mal polies, Nous nous Recommandions à vôtre faveur, & vous témoignions le zéle ardent avec lequel nous ſommes,

Vos tres devoués Serviteurs.

Les Etudians de Montbeliart,
Au College Ducal de Tubingue.

WAnn auch ein MEDICUS das Blut verbeſ-
ſern könte/
Das nicht (wie mir geſchicht) geſchickt zu reimen
weißt/
Und mir ein gut Recept vor meinen Kopff benennte/
Das meinen Pegaſum aus dem Moraſt entreißt.
So könt ich dieſes mahl vergnügt're Zeilen ſchreiben!
Es klebt noch ſo viel Bech an meiner Poëſie;
Jedannoch eh ich wollt zwey Reimen ſchuldig blei-
ben/
Eh würd ich ein Poët auch mit der größten Müh/
Ich ſchreib nicht was ich ſoll/ ich ſchreib nur was
ich meine/
Ein Geiſt wie ſeiner iſt/iſt aller Ehren werth.
Iſt würdig/daß Ihn nichts als lauter Glück
beſcheine/
Daß Ihn Hygie ſelbſt wie auch die Ve-
nus ehrt.

Dieſes ſetzte dem Hn. Licent. ſein ergebenſter
Landsmann

H. F. B.

(***)